

Honorius episcopus servus servorum dei dilecto in Christo filio Chunrado illustri Missinensi | marchioni salutem et apostolicam benedictionem. Oblationes et vota fidelium quotiens de iustis helemosinis et puritate mentis domino persolvuntur, a peccatis liberant et in aeterna felicitate | gloria et honore coronant. Itaque, karissime in domino fili, locum, qui dicitur Mons Serenus, beato Petro et sanctae Romanae ecclesiae sub annua pensione 5 unius aurei vel fertonis argenti a tua nobilitate oblatum in ius nostrum recipimus et eundem locum sub apostolicae sedis tutela et patrocinio confoventes presentis scripti pagina comunimus, precipientes iuxta votum tuum, ut canonicus ibi ordo secundum beati Avgustini regulam statuatur et perpetuis temporibus conservetur et nullus illic qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, sed quem fratres communi consensu vel fra- 10 trum pars consilii sanioris secundum dei timorem regulariter providerint eligendum. Quicumque autem locum ipsum et in eo domino famulantes de suis iustis helemosinis sustentare curaverit, omnipotentis dei et apostolorum eius Petri et Pauli gratiam consequatur. Si quis vero infestare aut inquietare presumpserit, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, officii sui periculum patiatur et a christiana communione privetur. Datum 15 Laterani VII. idus martii.

(B.)

78.

*König Lothar III. gestattet die Lostrennung des Klosters Mallersdorf vom Kloster Niedermünster zu Regensburg. — Zeuge: Graf Hermann von Sachsen. Stoeckha, 1129 Mai 26. 20*

*Hdschr.: Or. Perg. Reichsarchiv München. S. gut erhalten = Heffner III. 30 ist die Zeugenreihe theilweise theilend aufgedrückt.*

*Gedr.: Mon. boica 15,263. Stumpf 3244.*

*Anm.: Die Urkunde, aus Stoeckey, westlich von Nordhausen, datirt, hat eine große Zahl überwiegend bairischer Zeugen, während mit Ausnahme des Bischofs von Merseburg und des Grafen Hermann von Sachsen keiner nach Norddeutsch- 25 land gehört. Da nun weiter auch die Handlung nach den Angaben des Textes nach Regensburg gehört, so wird für die Zeugen zweifellos dasselbe anzunehmen sein. Vergl. Ficker, Beiträge 1,255.*

— — hanc paginam regalis characteris nostri impressione signari precepimus atque huius rei testium nomina subter signari non minus cautum, quam necessarium fore arbitrati sumus, Chûnradus Salzburgensis archiepiscopus, Otto Babenbergensis episcopus, 30 Chûno Ratisponensis episcopus, Gebhardus Eistetensis episcopus, Herimannus Augustensis episcopus, Embrico Wirceburgensis episcopus, Megingoz Merseburgensis episcopus, Henricus dux Bawariorum, Dietpaldus marchio, Otto palatinus comes, Berhtoldus comes et filius eius Poppo, Herimannus comes Saxonię, Adelbertus comes. De ministerialibus quoque per aurem [attra]ctis<sup>a)</sup> Ernestus, Wernherus et filius eius Bruno, Marchwart, 35 Heinric, Marchwart, Rûdiger, et alii fideles nostri. (S.J.)

: Signum domni Lotharii regis tercii invictissimi.:

: Ekkehardus cancellarius vice Adelberti archicancellarii recognovi.: (M.)

78. a) verwischt.